Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



235

æstimatæ est dm. Qui propto s gaudio sustinuit crucem fu
sione contempta atq; in dextera sedis di sedet. Recogitate enim
eum qui tale sustinuit a peccatoribus adus semetipsum contradictionem.
ut ne fatigemini animis uestris deficientes. Nondum usq; ad san
guinis effusionem restitistis adhuc peccatum repugnantes. Et obli
uisti consolationis quæ uobis tanquam filiis loquitur dicens. Fili mi
noli negligere disciplinam neq; fatigeris cum ab eo argueris. Quem
enim diligit dominus castigat. flagellat omnem filium quem recipit. In disciplina perseue
rate tanquam filiis offert se uobis deus. Quis enim filius quem non capit
pater. Quod si extra disciplinam estis cui participes facti sunt omnes.
qui adulterini et non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostræ habuimus
eruditores et reuerebamur eos. nonne multo magis obtemperabi
mus patri spirituum et uiuemus. Et illi quidem in tempus paucos
dies secundum uoluntatem suam erudiebant nos. hic autem ad id
quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disci
plina in præsenti quidem uidetur non esse gaudii sed mœroris. postea autem
fructum pacatissimum exercitatis per ea reddet iustitiæ. Propter
quod remissas habete manus et soluta genua erigite et gressus rec
tos facite pedibus uestris. ut non claudicans quis erret magis autem ut
sanetur. Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo uidebit
dm. Contemplantes ne quis desit gratiæ dei neque radix amaritudinis
sursum germinans impediat et per illam inquinentur multi. ne
quis fornicator aut profanus ut esau qui propter unam escam uendidit
primogenita sua. Scitote enim quia et postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est. Non enim inuenit locum penitentiæ.
quamquam cum lacrimis inquisisset eam. Non enim accessistis ad
tractabile et accessibile igni et turbine et caligine et procellam et tube sonum et uocem uerborum quam qui audierunt se excusa
uerunt ne eis fieret uerbum. non enim portabant quod dicebatur. Et si bestia
tetigerit montem lapidabitur et ita terribile erat quod dicebatur.
Moyses dixit. exterritus sum et tremebundus. sed accessistis ad sion
ad montem et ciuitatem dei uiuentis iherusalem celestem et mul
tos milium angelorum frequentiam et ecclesiam primitiuorum qui scip
tus sunt in celis et iudicem omnium deum et spiritus iustorum et perfectorum